

mentum s<sup>e</sup>pius potetur: Oculis dein de prodesse, ulcerum caua explere, cicatrices tenuare, denique & surculos ex vino potos vel ex aqua (si febris ureat) somnum conciliare Plinius auctor est. Nec desunt qui affirm<sup>e</sup>t illius pollinem erosis dentibus infarctum, aegros dentes radicitus eruere, demū & gingiuas firmare. Commentitium omnino puto quod Coralli puluere fruges euadant ubiores. Quanquam & Coralli puluerem inueniā amaras aquas dulces efficere.

*De Corneolo. Cap. XXX.*

Delineatio **C**orneolus Gemma est vulgaris minij colore, sublāguido tamē, ceu videlicet in humanam carnē perspicuitas perfusa sit. Rheno frequenter tissima est. Probatur quae purissima iuxta ac nitidissima consistit substantia, colore carneo translucido. Sanguinem propalām cohibet, liuentes dentes suo polline emendat omnem  
Vires. ab